



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Iac. Chiffletii De Linteis Sepulchralibus Christi
Servatoris Crisis Historica**

Chifflet, Jean-Jacques

Antverpiae, 1624

Cap. XII. Hæreticus impudens causo absumptus: cuius grauißimè laborans
& Bonus Archiepiscopus curati. Obiter de Magnatum donariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64456](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64456)

est ex illâ horâ. Idem aliàs in Oriente factum ostendimus inferiùs, virtute cuiusdam imaginis Christi ἀχρηγομήτης, in ædes Mariæ Patritiæ languentis importatæ. Non diu tamen inualuit mos ille deferendi S. Sudarium in priuatas ægrotantium domos; eum quippe circa annum M. D. XL. abrogatum legimus: quo etiam tempore, cùm miraculorum & beneficiorum fama commoueretur, vt pretioso linteo maior exhiberetur veneratio, è veteri ἱεργ. τεύχῳ, quod altari maiori subiacet, ad amplius sacellum translatum est, & ibi decentissimè (argëteo scriniolo gentilitiis insignibus Nobilium de Vasis & de Viletâ ornato conclusum) super altari in armario est collocatum. Extruxerant pridem hoc sacellum S. Maimbodo Martyri Comites Môtis Beligardi, quod deinde Garnerius & Monriuellius Canonici pictis tabellis & cancellis, vnâ cum prædicto Leonardo de Gruerijs locupletarunt.

CAPVT XII.

Hereticus impudens causo absumptus: ciuis gravissimè laborans, & Bonus Archiepiscopus curati: obiter de Magnatum donarijs.

ADEFVNCTI suscitatione, nullum miraculum illustrius eo quod è Codice manuscripto didici:

72 DE LINTEIS SEPVLCHR. CHRISTI
didici: nimirum cùm tantæ erga S. Sudarium re-
ligionis & celebritatis frequentiâ offensus qui-
dam externus hæreticus fremeret; & odium, quod
in Christum ipsum non poterat, in eius Sudarium
profunderet, affirmavit, si facultas esset, se pro-
tinus illud flammis iniecturum, & in cineres re-
dacturum. Non diu nec impunè id tulit impius:
etenim repente correptus est intestino causi in-
cendio, & arsit flammis vltricibus, qui talia ore
sacrilego in diuinum Sudarium fuerat debaccha-
tus. Tempus Codici minimè est adscriptum, ve-
rùm è scripturâ apparet eum esse peruetustum.
Incerto quoque tempore ibi narratur aliud vetus,
de Bisontino quodam ciue, qui vniuersi corporis
turbatâ *regod*, diuturnis omnium membrorum
doloribus ad eò miserè torquebatur, vt attingi se
vel mollissimis digitis vix pati posset, quin erum-
peret in clamores, & ægrè dolentium querelas:
occurrit ei S. Sudarij pia cogitatio, votum Chri-
sto nuncupat, seque beneficij non immemorem
pollicetur. nec morâ, sentit vires sibi restitui, se-
dantur dolores, & perit morbus. sanus & voti
reus montem conscendit, grates peragit, tabel-
lâ miraculum testatus, in quâ rem gestam versi-
bus Gallicis, pijs magis quàm bonis, etiamnum
descriptam habes.

Anno

Anno deinde M.D.XLI. xvii. Iunij, Antonius de Vergeyo Bisontinus Archiepiscopus, à profusiori in egenos liberalitate *Boni* cognomentum fortitus, cùm annum ætatis quinquagesimum septimum iam attigisset, Giaci in castro suo, forti apoplexiâ correptus est: ἀπνοία ἔα φωνία laborantem, & ab assidentibus pro desperato habitum, domestici Christo Seruatori in Sudario Bisontino diuinitus depicto calidè vouent: illorum preces & vota exaudit Deus, & ad cultum Sudarij sui magis magisq̃ue promouendum celebre patefacit miraculum: ecce enim sospitem inopinatò virum summum, qui postquam gratias Deo Vefontione persoluit, statuam habitu Præsulis supplicantis collocauit in S. Sudarij facello, quò patratum in se miraculum posteris testaretur. Obiit postea placidè, & integris sensibus vsque ad vltimam periodum xxix. Decembris eiusdem anni M. D. XLI.

○ Cleriadus de Vergeyo Aurei velleris Eques, & in præsentiarum liberæ Burgundiæ pro Catholico Rège Governator, à cultu & veneratione maiorum erga S. Sudarium nullatenus deflexit; etenim quotiescumque præsentit publicè euolendum, è castro Grayacensi Vefontionē pergit, vt illud veneretur; quin & anno elapso M.DC.XXI. lam-

K pa-

74 DE LINTEIS SEPVLCHR. CHRISTI
padem argenteam benè grauem (infigne munus)
inibi obtulit, adiectâ numeratæ pecuniæ summâ,
cuius prouentus annuus oleo ministrando abundè
suppeteret. aliam ex eodem metallo affabrè labo-
ratam pridem appenderat Claudius de Rye Baro
à Balançon, legionis Burgundicæ in exercitu
Belgico Catholici Regis Dux veteranus. Alij
huiusce nostri æui Magnates muneribus votiuus
affectum erga S. Sudarium maximè sunt testati,
quæ loci religionem faciunt insigniorem. Nimis
longum esset singula hîc recensere: vnum inter
alia memoratu dignissimum est, vexillum mili-
tare vetus & lacerum, quod à nobis ibi visum,
cum hac suppositâ epigraphe:

*Enseigne du Conte de Hornes, gagnée par les Mo-
res en la Gollette de Thunes, & depuis recourrée par
les Chrestiens à la prise dudit Thunes, & vouée
au saint Suaire de Besançon.*

Golleta arx est Tuneti in Africâ munitissima,
quam anno salutis M. D. xxxv. cum oppido ipso
expugnauit Carolus V. Imperator, pulso Barba-
rossâ, cæsoque magno Turcarum numero.

Lotharingæ Principes feminæ non ita pri-
dem S. Sudario præsentis vota reddiderunt, ac
præclara munera postmodum miserunt, magni
pretij sacra indumenta. Adfuit etiam cum votis
nuper

nuper è Galliâ Condæi Principis mater Princeps. Sed munificentiam præcelluere ceteris Serenissimi Archiduces Austriæ Albertus & Isabella sanctissimi coniuges, tum missis ad altaris S. Sudarij decorationem sericis ornamentis auro intextis; tum magnâ pecuniæ summâ collatâ, ad Odei sublimis & marmorei in Ecclesiâ S. Stephani exstructionem, cuius primarius lapis positus v. Idus Maij, anni præsentis M. DC. XXIII. procurante Ill^{mo} ac R^{mo} D. Francisco de Rye, Archiepiscopo Cæsariensi, Archiducum prædictorum magno Eleëmofynario, Metropolis Bisontinæ maiori Decano.

CAPVT XIII.

Cæci cum fide visum recipiunt : ex oculis laborantes persanantur : aliis ad tempus adimitur visus.

ANNO Domini M. D. XXXVI. instabat Festum Paschatis, quo numerosa populi turba, S. Sudarij visendi causâ, Vefontionem confluit; Nicolaus quidam Rozius de Milleyo pago, prope oppidum Iussæum, iam pridem oculorum cassus lumine, illuc proficisci optat : ille eò redactus erat egestatis, vt neminem qui gressum regeret, duceretque ad illud celeberrimum perfugium, nan-

K 2 cisci